

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*20*

1354 giugno 29, Ind. VII, Matera

† In nomine domini nostri Iesu Christi. Anno dominice incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto. Regnantibus ... Lodoyco et Iohanna, Dei gratia Ierusalem et Sicilie rege et regina, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forqualquerii ac Pedimontis comite et comitissa, regnorum regis anno sexto et regine anno duodecimo, mense iunii, die vicesimo nono eiusdem septime inditionis, Matere.

Nos Nicolaus abbatís Iacobi, annalis Matere iudex, Eustasius Angeli de Petracca, de eadem terra, puplicus per totum regnum Sicilie regia auctoritate notarius, Angelus filius quondam notarii Petri de Ypolitino, magister Nicolaus magistri Francisci de Simonecto, Nicolaus de Vacca et Elias de Transgrandis, testes ... fatemur ... quod ... constitutis magistro Iohanne de Semana, de Matera, ... et Saraceno, filio quondam Marci de Gayta, de eadem terra ... prefatus magister Iohannes asseruit ... habere ... criptam unam cum platea et cammarella una ante ipsam, sitam intus in dicta terra Matere, in Sasso Carioso, in pictagio ecclesie Sancti Petri ... et ... vendidit ... predictam criptam cum platea et camarella ... prefato Saraceno ... pro unciis tribus ... Cuius ... cripte hos dixit esse fines ... primus finis est frons ipsius cripte, secundus finis est stancinus qui est inter ipsam ... criptam venditam et criptam Marci quondam magistri Angeli Argenterii, tertius finis est stancinus qui est inter ipsam ... criptam venditam et criptam quondam magistri Guilielmi Bardarii, quartus denique finis est via puplica ... Et promisit dictus venditor et se ... per guadium et stipulationem solempnem ... obligavit dicto

Saraceno ... predictam venditionem ... habere ratam et firmam ... et contra eam ... non facere vel venire ... quod si contravenire presumpserit ... promisit ... dicto Saraceno solvere sibi ... pene nomine, uncias auri quatuor ... et totidem curie regie et reginali seu domini Nicolai de Aczarolis, de Florentia, Melfie comitis et magni regni Sicilie senescalli, cui primo pena ipsa fuerit denunciata ... et ... prefatus ... venditor, tactis sacrosanctis evangeliis, iuravit ... predicta omnia ... adimplere ...

1

† Iacobi annalis Matere iudex

† Petri de Matera predicta testor qui supra

Niccolò Acciaiuoli, morto nel novembre 1363; cf. E. Léonard, *Acciaiuoli Niccolò*, in *Dizionario Biografico degli Italiani*, vol. I, Roma 1960.